



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Chronologiae Veteris Testamenti Accvratvm Examen
Augustißimæ, Invictissimæq[ue] Domui Austriacæ
Dicatvm**

Philippi, Henricus

Coloniae Agrippinae, 1637

9. Quo tempore Michæas prophetauerit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64340](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64340)

anni 21. Cyri: 35. Astyagis, & 14. vltimi Cyaxaris, adæquate respondet 70. Babylonicæ seruitutis.

Explicatur Euseb.

5. Adde *quintò*, Eusebium non satis sibi constare (vt bene videtur in cap. 2. Nahum) dum primordia Cyaxaris refert, ad annum expugnationem Niniue inchoatè ad annum 28. eiusdem Iosia: ceterò, ad annum quartum Ioakimi filij Iosia: Sic enim Cyaxares Niniue gnasset, anno regni sui decimo tertio, aut saltem vicefimo circiter, teste Herodoto, elapsi sunt anni 28. inter obsidionem Niniue, & expugnationem eiusdem, regnante Cyaxare: quo annorum intervallo Scythæ Asia: vsurpabant.

Niniue nõ est euerfa à Cyaxare anno 24. Nabuch.

6. Adde *sexto*, calculos eorum non videri legitimè dispositos, quæ Nabuchodonosoris, Ægypto iam subiugata, putant Niniuen ab ipso regnante Cyaxare: Cyrus enim anno ante Christum 560. aut postea regnum Persarum adiit, cui si adicias annos 35. Astyagis, consurgit ante Christianam epocham, quo iniit annus 15. Nabuchodonosoris ante Christianam epocham, quo pridem obierat. Adhuc anno 27. rionis Iechonia:, qui erat 33. aut 34. Nabuchodonosoris, Ægypti vltimè prædicit Ezechiel cap. 29. v. 17. Ergo necdum eam subiugauerat Nabuchodonosor anno regni sui 24.

An Alexandria prius vastata fuit quàm Niniue.

7. Nec obstat, quod Nahum 3. v. 7. & 8. Niniue dicitur subverti ut Alexandria, Nam in primis vtraque ciuitas sæpius capta est. Denique aperte Propheta fore, vt prius à Nabuchodonosore Alexandria vastata, Niniue destruatetur Aprie à Chaldæis deuicta: sed fortè solum destruatur melius actum iri cum Niniue, quàm cum Alexandria. Denique certum tempore, quo Nahum ista vaticinabatur, Alexandriam à Nabuchodonosore captam non fuisse, ac idcirco S. Vatem aut de aliqua vastatione Alexandria: quæ tempora Nabuchodonosoris præcesserat, locutum, aut solutum, Alexandria: & Niniuen pari calamitate affectum iri, siue illa antea vastata fuerit, siue non.

QVÆSTIO IX.

Quo tempore Michæas prophetauerit.

Quando regnare ceperint, Iosiam, Achaz, Ezechias.

1. **H**anc ipse quæstionem in genere soluit initio suæ prophetiæ, Verbum Domini ad se factum in diebus Ioatham, Achaz, & Ezechias: quod vidit super Samariam & Ierusalem. Ioatham regnare cepit anno Christi 760. Achaz 744. Ezechias 729. quem anno 700. ante Christum obiisse puto. Itaque si toto istorum regum intervallo Michæas prophetauerit,

P.
H. Philipp
Chronolo
vet. Testam
A 1 V
17

eius prophetiæ ad annos fere 600. erunt protendendæ. Est autem incertum, quoto anno Ioatham incepit, quoto Ezechia propheta defierit: ac proinde non constat, quoto annos prophetæ munus obierit. Bellarminus initio regni Ioatham Michææ vaticinia adferibit. Quod de quibusdam intelligi potest. Quædam etiam ultra annum 6. Ezechia differti non possunt, quibus nimirum Samariæ calamitas denunciatur, cum illo ipso anno 6. Samaria excisa, atque adeo regnum Israel euersum. Anno sexto Ezechia, id est, nono anno Osee, regis Israel capta est Samaria, & translata rex Assyriorum Israel in Assyrios. 4. Reg. 18. vers. 11.

2. Hinc bene notant recentiores huius prophetiæ interpretes, istum Michæam esse diuersum ab illo Michæa, qui Achab regi impio cladem & interitum prædixit. 4. Reg. 22. vers. 17. Interempto enim Achabo, regnavit Ochozias filius eius annos 2. Ioram 12. Iehu 28. Ioachaz 17. Iosias 15. Ieroboam 41. tum e lapsu annorum circiter 12. interuallo regnavit Zacharias 6. menses, Sellum mensium vnum, Manahem annos 10. Phaceia 2. Huic successit Phacee, cuius anno 2. regnare cæpit Ioatham, 4. Reg. 15. vers. 32. Sic annis 140. & eo amplius Michæas filius Ieremia præcessit Ioathamum, sub quo Michæas Morasthites vixit 12. minoribus prophetis in Samariam & Ierusalem detonare cæpit. Itaque diuersi omnino Vates fuerunt communi Michææ nomine appellati, quorum posterior paulo post Oseam, Ioelem, Abdiam, & Ionam vaticinari agere susest, & cum eis idem postea munus usurpauit, vt bene monent Cornelius & Menochius, contra Epiphanium & Dorotheum in vita Michææ, qui scribunt eum sub rege Achab clariuisse. Cornelio præiuit Ribera præludio 2. in minores Prophetas numer. 22. vbi obseruat Michæam initio suæ prophetiæ subtraxisse nomen Ozia: sed tantum nominasse Ioatham, Achaz & Ezechiam, vt indicaret se post Osee, Amos & reliquos, qui ad eorum tempora referuntur ad vaticinandum accessisse. in quo perspicue cernimus, inquit, ordinem temporis fuisse seruatum, vt idem fieri intelligamus in cæteris, qui prophetie sua tempora tacentur.

Hic Michæas est diuersus à Michæa filio Ieremia

QVÆSTIO X.

De tempore quo Nahum prophetauit.

1. Certum est Nahum, post Ionam vaticinatum esse: siquidem Niniuitæ ad Ionæ prædicationem penitentiam egerunt, & miseratus est Deus super malitiam quam locutus fuerat, vt faceret eis, & non fecit. Ionæ 3. v. 10. Sed cum postea in peccata proxima relapsi essent, & immani crudelitate, tum in alios, tum verò maxime in Israelitas sæuissent, post Ionam, imminens ipsis interitus per Nahum denunciatur.

Ionas fuit ante Nahum

Quæst. Chron. P. 3.

h h

2. Sub